



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Usuris, & interesse, Pars II. de Cambiis, Pars III.  
de Censibus, Pars IV. de Societatibus Officiorum

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. X. Prænestina Census. An & quando pactum repetitionis sortis  
principalis adjectum favore creditoris vitiet contractum censualem,  
illumque reddat usurarium, vel potius ipsum pactum vitietur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74112](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74112)

## PRÆNESTINA

## CENSUS

PRO

BALZANIS

*Responsum pro veritate extra Curiam.*

An & quando pactum repetitionis fortis principalis adjectum favore creditoris vitiaret contractum censualem, illumque reddat usurarium, vel potius ipsum pactum vitiaret

S V M M A R I V M.

1 **F**acti series.

2 **V**ibi census est nullus, non debentur fructus, atque solisti extenuant sortem, neque in hoc bona fides suffragatur.

3 **D**istinguiuntur plures casus in articulo, an & quando pactum repetitionis fortis vitiaret contractum vel vitiaret.

4 **A**etas popularis non est apta substituere contractum usurarium, sed ad quid proficit ista circumspectitia.

5 **D**e validitate pacti repetitivi, ubi concerneat ius vel interesse tertii.

6 **O**bserveantia quid in hac materia operetur.

D I S C . X.

**I**n instrumento census impositi per Lidionam ad favorem Æmilie, & Catharinæ de Capranica in pupillari ætate existentium, & pro ipsis contrahentibus earum tutoribus, adjectum fuit pactum, quod in eventum, in quem dictæ mulieres nubent, earumque viri non essent contenti dicta census emptione, teneatur, & cogi valeat Lidonia sortem principalem ad omnem dictarum mulierum requisitionem restituere, renunciando pro majori cautela omnibus iuribus contentis in Bulla Pii V. super forma creandi census; Post observeantiam autem dicti contractus per annos 70. & ultrâ, ac transiit dicti census ad plures tertias manus, dubitari contigit, an ex dicto pacto census diceretur male constitutus, ita ut ab initio fuerit invalidus; Effectus autem questionis erat, quod data nullitate resultat contractum resolvi in mutuum, pro quo nulli fructus debentur, proindeque soluti veniebant in sortem imputandi, non obstante quocumque praetextu etiam bona fide & ignorantia juxta punctualem decisionem Seraph. 1006. qua loquitur decensu acquisito per mulierem; & generaliter est recepturn, ut bona fide in materia usuraria non excusat, ut in Baren. census sub tit. de usur. disc. 17. etiam cum cessionariis & tertii possessoribus qualatio contingat, ut in specie Cenc. de Cens. quest. 60. num. 2. verj. Et hoc conclusio, Atque desuper consultus respondi ut sequitur.

Pro dilucidatione veritatis, pro qua & non aliis in causis de partibus, quæ coram inferioribus vertuntur, meus est stylus scribendi, quatuor casus constituere oportet, Primus est, ubi pure & simpliciter conventum est, ut sit in libro creditoris quandocumque sortem census à debitore repeteret; Alter est ubi hæc repetendi facultas conventa est sub certa conditione, quæ pendeat à facto & voluntate debitoris, in eventum scilicet quod deficiat à solutione fructuum per duos vel tres terminos cum similibus. Tertius est, ubi eadem repetendi facultas concepta est ad certum tempus seu sub certa conditione voluntaria, quæ pendeat à facto & voluntate ipsius creditoris, Et quartus, ubi sub conditione mixta, quæ à facto tertii dependentiam habeat, & hic ultimus est casus noster, quia non ad liberam Æmilie & Catharinæ voluntatem collatum est pactum, neque ad certum diem sive ad conditionem ab istarum voluntate dependentem, sed in eventum in quem nuberent, eorumque mariti dicta census emptione contenti non essent, & sic conditio est dupliciter mixta, quia poterant dictæ mulieres carnaliter non nubere, ac etiam poterant earum viri (prout eventus docuit) census resolutionem non petere.

Primo casu, quamvis non desint multi D.D. volentes istud pactum non esse contrâ substantiam census, ideoque vitari, sed non vitiare totum contractum, quos referat & sequi videtur Leotar de usur. quest. 68. num. 4. cum sequen. Verior tamen videtur contraria sententia, quam Rota & Curia Romana recepit, ut tanquam contrâ substantiam census annulat contractum, illumque ab initio censeri faciat puri mutui juxta dictam decis. 1006. Seraph. decis. 147. num. 6. post Cenc. de Censum alii pereundem Cenc. dicta quest. 60. num. 1. cum sequen. Quærunt tamen aliqui salvare contractum non obstante dicto pacto, quoties in fine adeat protestatio contrahendi ad formam Pianæ Constitutionis, & non alias, sed de hujus opinionis veritate supervacaneum est agere, quia nec dicta protestatio adeat, neque sumus in casu.

Secundo autem casu, multi tenent pactum esse validum, ideoque nec vitiate nec vitiar, quia repetitio non provenit à facto & voluntate creditoris, sed à facto & voluntate debitoris, in cuius libito & potestate repositum est nunquam facere verificari præscriptam conditionem, ita ut repetitio sit potius in pœnam. Et hæc opinio in Hispania, & in Regno Neapolitano, alisque locis est magis recepta, præfertim quia ibi prædicta Bulla Pii non fuisse acceptata neque servandam, ut in specie de pactis rescissoriis quod in dicto Regno sint in viridi observeantia testatur Rovit. pragm. 1. de censibus numer. 35. & habet insinuatum in Oppiden. hoc tit. disc. 1. & in aliis; Verum in Curia Romana, & in locis, in quibus de acceptatione & usu Bullæ Pianæ non dubitatur, verius est istud pactum non substineri, non tamen aptum esse vitiare contractum, sed ipsum remanere vitiatum, ut latè & magistraliter habetur dicta decis. 147. post Cenc. cum aliis per eundem dicta quest. 60. ex. num. 11. & plenè Leotar. dicta quest. 68. numer. 14. & 15. cum sequen. eundemque sensum habuit Rota in Thesina Censi g. Novembri 1639. coram Duozetto inter suas decis. 184. numer. fin. In Neapolitana domus 13. Maii 1641. coram Verofpio decis. 20. par. 9. recent. alias decis. 43. post Merlin. de pignor. & in aliis, ac sapientissime practicavi in Signa.

Signatura Justitiae aliisque Tribunalibus occasione, censum Regni Neapolitani, in quibus hæc pacta repetitive in casu moræ passim apponuntur, quoniam pactum vitiatur, sed non vitiat, quamvis non adsit dicta protestatio habendi relationem ad Constitutionem Pii, quæ est melior cautela, sed si omitatur, non per hoc vitiat.

In tertio casu, quies pactum repetitionis conceptum est ad certum tempus seu conditionem voluntariam post certum tempus omnino extitaram, adhuc receptum est illud non valere, non quidem de jure, sed ex Constitutione Pii V. ex deductis per Cenc. dicta quest. 60. num. 34. & sequen. sed solum remanere viciatum, ac haberi pro non adjecto, non autem vitiare contractum firmat idem Cenc. num. 39 & sequitur Leotar. dicta quest. 68. num. 16. qui alios colligunt.

Quamvis autem & in quarto casu, qui est noster, omnino dicendum veniat pactum esse invalidum ex eadem generali prohibitione resultante à Constitutione Piana, ac juxta opinionem receptam in Curia Romana per eadem rationes, quæ in primo casu militantes in isto fortius urgent; Attamen illud excusare nullitatem contractus, ideoque non vitiare, sed vitiari sine dubio verius videtur, si enim non vitiat illud pactum, quod haber solum dilationem temporis omnino extituit in casu praecedenti, multò minus vitiare debet illud quod conceptum est sub conditione casuali vel mixta, & à facto tertii resultante, cum tunc nullatenus depravata intentio fœnerandi considerati valeat in creditore, qui volens nunquam potest sortem repeteret, ut bene in proximis terminis Seraph. decisi.

1431.

Fortius duplci circumstantia accedente; Prima nempè quod creditores erant in pupillari astate, ideoque incapaces calliditatis fœnerandi. Licet enim ista ratio non excusat à fœnore illum contractum, qui clarè & certitudinaliter sit fœneratus ex deductis per Leotar. de usur. quest. 20. ubitamen versamus in casu dubio ex sincera vel depravata creditoris voluntate regulando, satis persona creditoris spectanda venit.

Altera fortior circumstantia resultat ex eo, quod dictum pactum adiectum videtur per tutores in eorum excusationem, ac ad evitandas molestias, quas à pupillarum viris pati possent, quatenus hujusmodi census acquisitionem approbare nolent; Pacta verò repetitive appofita, non per creditorem sed per tertium, vel pro tertii interesse, quies non constat esse collusivæ ac in fraudem adiecta, valent, ac servanda sunt, ut per Cenc. dicta quest. 60. num. 52. cum sequen. Rot. poſt eundem decisi. 131. num. 15. & in Civitatis Plebis Salviani prima Julii 1647. coram Bichio poſt Zacc. de oblig. dec. 274. repetit. decisi. 118. par. 10. rec. & in aliis; Et licet quoad validitatem & observantiam pacti hoc motivum pro vero non habeam, attamen ad effectum ut non vitiaret, sed viciatum remaneat, videtur circumstantia considerabilissima, omnemque tollens dubitandi occasionem.

His accedit longissima observantia 70. annorum, & quod census transiit per plures manus in Monasterium Monialium, quod in optima fide versatur; Licet enim neque lapsus temporis, neque cessionarii qualitas salvare possent contractum usurarium; Attamen utraque qualitas nimium specienda videtur pro partium voluntate interpretanda, quodque dictum pactum pro invalido partes habuerant, nam illud nunquam deduxerunt ad ex-

ecitum, atque renunciatio Bulla operatur, ut dicta cautela cesse, neque subintelligi valeat, sed non per hoc resultare videtur, ut exinde resultet totius contractus irritatio, maximè accendentibus dictis circumstantiis; Ideoque Balzanis debitoribus, ex quorum parte fui requisitus, consului, ut non expectata judicis determinatione curarent eo meliori modo quo possent, se concordare.

## TUSCANEN.

### CENSUS

PRO

VIRGINIA MARTELLACCIA

CUM N.

*Casus disputatus in Signatura Inſtitie, incertus est ex ius.*

De eadem materia facultatis repetendi sortem principalem post certum tempus an vitiaret contractum; vel ipsum pactum vitiatur; Et an hæc exceptio sit apta impedire summarissimum possessorum manutentionis in quasi possessione exigendi fructus census.

### SVMARIUM.

- 1 F Acti series.
- 2 F Signatura Inſtitie principaliter attendit iustitiam, & non solet curare nullitates nisi satiſſimales.
- 3 De puento, an pactum repetitive sortis vitiaret vel vitiatur.
- 4 De pacto repetitive intra certum tempus.
- 5 De cautela relationis habecta ad Constitutionem Pianam.
- 6 Qua regulat tenenda sit in proposito hujusmodi pactorum an vitiarent, vel vitiarentur.
- 7 De conclusione, quod in possesso noui queritur de iustitia; Et quando malum ius obſerter in hoc iudicio.
- 8 De ratione, ob quam exceptio nullitatis contractus non solet retardare processum executivum pro fructibus censu.

### DISCURSUS XI.



UM auctor Virginie censem imposuisset sub pacto, ut intra triennium teneretur illum redimere, atque acceperat pecuniam creditoris restituere, hinc creditor prædictus vel ejus successor, exhibitis coram A. C. instrumento censuali & justificationibus super solutione fructuum per aliquos annos, habita solum disputatione inter cause Patronos, obtinuit mandatum de manutendo in quasi possessione exigendi, à quo interposita appellatione, & adita Signatura, in hoc Tribunali